


Fa. 244.

a.

Qc 846.8

Q. D. B. V.
DISSERTATIO METEOROLOGICA
PRIOR //
EXHIBENS
HYETOSCOPIVM
SELECTIS
OBSERVATIONIBVS
INSTRVCTVM
QVOD
PRAESIDE
IO. FRIDERICO WEIDLERO
I. V. D. ET MATHES. P. P. O.
IN AVDITORIO MAIORI
AD D. XV. NOV. M DCC XXVII.
PLACIDAE ERVDITORVM CENSVRAE
SVBMITTIT AVCTOR
M. IOH. DANIEL PERLICIVS
CAESAREOFORENS. HVNG.
MED. C.

VITEMBERGAE
TYPIS GERDESIANIS.



BIGAE FRATRVM
PRAESTANTISSIMAE
ILLVSTRBVS MAGNIFICIS ATQ. EXCELLENTISSIMIS
DOMINO
IO. GODOFREDO de BERGER
MEDICINAE DOCTORI FAMIGERATISSIMO,
POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET ELECTORI SAXONIAE
A CONSILIIS AVLAE, ET ARCHIATRO REGIO, MEDICINAE PROF.
PVBLICO ORDINARIO, ORDINIS MEDICI, IN HAC LEVCORLA, VT
ET TOTIVS ACADEMIAE SENIORI SPECTATISSIMO

DOMINO
IO. GVILIELMO de BERGER
SACRAE CAESAREAE MAIESTATI, ET POTENTISS.
POLONIARVM REGI, ET ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
HISTORIOPHAGO REGIO, ALVMNORVM REGIO - ELECTORALIVM
EPHORO, ELOVENTIAE AC HVMANITATVM PROFESSORI PVBL.
CELEBERRIMO, BIBLIOTHECAE ACADEMICAE DIRECTORI
NEC NON ORDINIS PHILOSOPHORVM SENIORI
GRAVISSIMO

BIGAE LITERATRYM
VIRIS

DE HAC ACADEMIA TOTOQVE ORBE LITERATO
IMMORTALITER MERITIS
QVALESCVNQVE HASCE MEDITATIONES MATHEMATICAS
IN DEVINCTISSIMAE MENTIS MONVMNTVM
DEMISSE CONSECRAT
TANTORVM NOMINVM CVLTOR PERPETVVS


M. IO. DAN. PERLICIVS.

IO. GAVIOTIUS DE BERGER
SACRAE CATHOLICE MEDITATI
POTOCIRARUM RICCI, ET AVANCIORUM
HISTORIORUM RICCI, ET AVANCIORUM
LIBERICO, POCHEMUS DE HUMANITATE
CERTIFICRIMO, ET LIBERICO, AGADIMO, ET LIBERICO
MCXION ORDINIS THOMASOPHORUM SICCIOSI
CREAIBSIOM

Drososcopius

333446

12. dig. ped. Paris



Drososkopium novum.

1 2 3 4 5 6
12 dig. post Paris




Fig. 6.






Fig. 5.



Kruegner sc. Lipsi.





§. I.

Iatus patere Mathematum usum, quam ut
intra vulgares cursum limites conti-
neri possit, plura testantur omnis ma-
thematicos mixtae exempla, quam ut proli-
xius iam recenseri possint. Doctrinae
de exhalationibus, de nubibus, de motu
nubium, de altitudine earundem, de dif-
ferentia pluviarum, de magnitudinibus
guttarum determinandis, de velocitate
eisdem debita, de magnitudine percussionis atque intensitate, aliis-
que quae praesente Dissertatione pertractare animus est, ex-
plicari satis aqueunt, nisi in subsidio uocatis ueritatis mechanicais,
aerometricis atque hydrostaticis, ex quibus iam erunt pe-
tendi veri conceptus, pro exhanrienda natura arque diuersitate
pluviarum, quarum quidem origo a uesciculis ab elatere ignis,
partim solaris, partim incertini expansis, auctisque sphaerula-
rum harum diametris, levioribus factis, indeque per leges me-
chanicas eo protrusis, quo aequilibrium elateris aeris susti-
nentis et ponderis prementis, uesciculae terminum statuit, pe-
tenda erit, quod non minus rationi quam experientiac (a) est
consentaneum. Elatere aeris, ob defectum caloris, in uescicula
remittere, diameter earum minuitur, hincque grauiores fieri,

A 2

sub-

(a) Wolffens Versuche zur Erkāntniss der Natur T. II. §. 85. 86. seqq.

Def. 1. subcidere, concrescere iam in *Nubem* antea inuisibiles incipiunt, congeriem uidelicet uesticularum aquearum diuersissimis exhalationibus permistarum, in superiore aere in unum cumulum collectam.

Def. 2. §. II. Particulae aquae, in poris aëris antea delitescentes, atque expansae, (§. I.) ubi continuo motu in unum coēunt, subcident, atque grauiores sunt, quam ut a columnulis aëreis subiectis, contineri possint, iterum (*per leges hydrostat.*) dimittuntur ab eodem, quae e nube hoc modo resoluta, guttatum incidentes, *Pluiae* nomine nobis uenient.

Def. 3. §. III. Aggregatum particularum minimarum aquae, exquis voluminibus comprehensum, *Guttarum* nomine insignitur, quae si mediocris fuerint diametri, *pluiae* ordinariae, si maioris, *imbris*, si maximi, *fragminis umbium*, si minutissimum puluerem aemulantur, *roris* atque *pruinae*, si ab aëre frigido crystallisatae, *nivis*, si densius compactae fuerint, *grandinis* terminis obuenire solent.

Def. 4. §. IV. *Densitas pluiae*, est arctior, *raritas* laxior guttarum incidentium nexus, ex distantia earundem ab inuicem aestimandus.

Def. 5. §. V. *Quantitas pluiae* est mensura eiusdem, orta ex densitate in magnitudinem. Vnde pluia densitate duplicata, in spatio etiam duplicato sit quadrupla, in quadruplicato octupla, &c.

Def. 6. §. VI. *Intensitas pluiae* est magnitudo eiusdem, ex uelocitate in densitatem. Velocitate enim citius corpora deorsum feruntur, quae eo erit maior, quo plus materiae, sub eodem volumine continetur, unde in mechanicis uberioris demonstratur, grauitationes corporum esse in ratione quantitatum materiae.

Def. 7. §. VII. *Pluia aequabilis* est, quae eosdem habet intensitatis gradus per singula durationis suae momenta. *Successe crescens* est illa, cuius intensitatis gradus crescent per diuersa durationis suae momenta.

Def. 8. §. VIII. Instrumentum, capiundae et mensuranda pluiae quantitatⁱ (§. 3. 5.) accommodatum, dato spatio aequale,

Hye-

Hyetoscopium nobis est, cuius *Mensura Hyetoscopica* est cubus pro unitate assumitus, in lineas geometricas iuxta altitudinem diuisus, ad quem quantitatis pluviae ratio investigatur. Quod *Corell.* cuncte ergo *Hyetoscopium*, cum obseruationibus quantitatis pluviae, non coniungit aestimationem spati et mensurae, minus est accuratum, restatur enim de uulgari magis, quam mathematica, quantitatis pluviae, dato tempore incidentis, determinatione. Tametsi autem spati ratio quaedam in *hyetoscopiis* habita sit, parum tamen utilitatis adfert, nisi ita sit comparata, ut inde calculus faciliteretur.

§. IX. Ad ea quae infra in medium sum allatus eo facilius intelligenda, requiri mihi uidentur quaedam aeris affectiones, quarum prima sit: *Quo aer est grauior, eo magis premit sibi subiecta*, ui enim grauitatis et elasticitatis pluviae, leges aequilibrii in canalibus communicantibus obseruat, quod experimenta mercurii in Barometro, et uulgo iam notissima, abunde comprobant.

§. X. Altera illarum est: *Tamdiu aer est tranquillus, quamdiu aequilibrium, inter elaterem aeris, et naporum, qui peris eius continentur, non tollitur.* Si enim uis premens et uis resistens fuerint aequales, nullus subfequitur motus, sed corpus premens, iuxta corpus resistens quiescit, (b) quamprimum autem alterutrum horum ab altero uincitur, oritur motus in plagam directioni resistentis oppositam. Ita *Coroll. 1.* oritur pluia, ex aequilibrio, inter columnulas aeris, basi guttularum aequales, et grauitationem earundem guttularum sublato. Eadem ratione si elater aeris aliqui rarer euadat, quam in locis contiguis, uentum flare per loca, in quibus elater est imminutus, eleganter demonstrat celeberrimus WOLFFIVS, (c) ad quem lectorem remitto. Erit ergo *Venus agitatio aeris* *Def. 9.* sensibilis ex aequilibrio sublato, oriunda, cuius indices, uel *aplustria*, uel *plagoscopia* (prouti minus accurate uocantur Leupoldo, rectius *climatoscopia*) elaboratoria, (d) uel *ipse tractus nubium* esse solent.

A 3

§. XI.

(b) WOLFFII Metaphysic. §. 669. seqq. (c) Aerometr. prop. 105.
(d) uid. LEVPOLDI Theatr. Scatic. P. III. Cap. 9. p. 299.

Az. 3. §. XI. Ex consideratione huius agitationis aëris, tertia sequitur affectio : *Ventus ex regione quacunque ueniens, easdem secum uehit exhalationes, quae iis regionibus ex quibus uenit, propriae sunt.* Cum enim quae in altum eueniuntur, levioraque sunt, ibidem pendula in poris aëris delitescant, erunt ea uel particulæ solidæ, ope caloris abrasæ, uel fluidæ in vesiculas expansæ. (§. I.) Elatere ergo aeris sublato, uentus eo dirigetur, ubi minorem inuenit resistentiam (Coroll. 2, §. 10.) consequenter etiam particulæ, poris aëris involutas, secum abripit ea in loca, que statu suo peragrat, idque eo usque, quoque iterum aërem deprehendit, impetu eius resistentem, cuius rei specimen plura reperiuntur in ANNALIBVS WRATISLAVIENSIVS (e) larga observationum meteorologicarum copia instructis. Ex quibus, prout lucenter consensu uel dissensu, ex hacce theoria necessario fluens, observationum meteorologicarum eluet, ita ratio iam dari facile potest experientiae illius, qua obseruamus, frequentier pluias ad nos deferri uento (respectu ad nostras regiones habito) meridionali, frequentius inter meridionalem et occidentalem medio, frequentissime occidentali: uentos praeterea orientalem et septentrionalem, aut inter orientem et meridiem, septentrionem et occidentem medios, uel nullas, uel rarissimas largiri pluias. Ab oriente enim regiones siuae nobis sunt continentæ, a septentrione non nisi frigidæ ad nos uehunt halitus, cum contra meridies atque occidens copiosæ abundant maribus, indeque rasta per sepe exhalationum aquosarum largiantur uolumina.

Schol. §. XII. Ipsa quoque primorum pluiae phænomenorum consideratio eritatis suppediat quasdam uniuersales, quarum una est : *Pluia densior plus massæ sub eadem mole secum uehit quam rarior.* Densitas enim supponit arctiorem guttarum decidentium nexum, raritas laxiorem, ex distantiis guttarum a se iuicem determinandum (Def. 4. §. 4.) quarum summa

(e) Sammlung von Natur-, Medicin- und Kunst-Geschichten. ab anno 1717. ad praesentem, ubi cuiusvis Mensis Clasis I. agit von Witterungs-Geschichter.

summa constituit quantitatem pluviae, quae oritur ex densitate in magnitudinem. (Def. 5. §. 5.)

§. XIII. Altera concernit ipsum Hyetoscopium, de quo notari microtum, quod pluvia super planum Hyetoscopij decidens, Ax. 5. in vase subiecto collecta, asperetur quantitati pluviae, super sparium quadratum terrae, eiusdem cum Hyetoscopio areae decidentis. Aequales enim areae, in situ parallelo quantumvis a se remotae, cum semper maneant aequales, (per princip. Geom.) aequalem etiam pluviae decidentis capient quantitatem.

§. XIV. Cum autem pluvia constet ex corpusculis aquae in poris aeris delitescentibus, cocontibus, et ut gravitatis suae decidentibus, (Def. 2. §. 2.) haec iterum ex vesiculis ab elongate aereo expansis, et levitate sua eleuatis, (§. 1.) sponte iam inde fluit tercia ueritas, qua conuincimur quantitatem pluvi- Ax. 6. ae semper respondere quantitati exhalationum aquosarum in aere delitescentium. Massa enim particularum aquearum voluminibus guttarum comprehensa, aequalis est aggregato eaurundem particularum antea vesiculis expansis contento. Vn. Coroll. de si per integrum orbis terraui superficiem observationes hyetoscopicae fieri possent, concludere inde etiam ad quantitatem exhalationum possemus. Non inutile proinde est experimenterum Hygrometrorum, quo exploramus, num aer exhalationibus aquosis surgeat nec non? Eruit enim statu statim earundem, cui quantitas deinde pluviae proportionatur, modo cetera fuerint paria.

§. XV. Quandoquidem autem exhalationes sint produceta calor, (§. I.) in hoc item multum situm fit, pro materia pluviae praeparanda, facile erit sequentem construere regulam: Exhalationes aquae semper sunt calori producenti Theor. I. proportionales, Cum enim constent ex vesiculis a calore ex-^{cum de-} pansi et eleuatis, (§. I.) tot erunt in aere vesiculae, quot a ^{monstr.} calore expandente protruduntur. E. erunt exhalationes ut calor producens q. e. d. Patet ergo, cur flante uento septentrionali, halitus non nisi frigidos ad nos uehente, parum Coroll. materiae

(f) vid LEVPOLD, Theatr. Static. P. III. Cap. 7. p. 288.

materiae pluviostae praeparetur, (quemadmodum etiam tempore uerno, eo longius hyems protrahitur, quo diutius hicce uentus, fructibus plerumque fatalis, spirat) cum contra uentus meridionalis, ob calidam suam indolem, largo plerumque prouento materiam pluviae e terra proliciat. Multum autem in materiae pluviostae productione, in ipsa solis operatione situm est, cuius calorem, cum uel nubes in ipsa solis atmosphaera sive maculae obuenientes, (interdum in tanta copia ut $\frac{1}{20}$ disci solaris obtengant, quale quid per integrum Mensem Septembrem atque hunc Octobrem obseruauimus:) procul omni dubio impedian, uel diutina mora nubium in nostra atmosphaera, iis praecipue in locis, ubi larga pluviae materia praeparari deberet, u. g. supra regiones marium, transitum radiis solaribus deneger, aereisque interea maxime tepefaciat, merito hae inter causas pluviae diutius cohibita referendae mihi esse uidentur. Non omittenda hic est opinio Astronomi Clarissimi B. KIRCHII, qui in calendario 1719. sub finem suspicatur, multitudinem macularum solem obdidentium, caloris potius uel auctus, quam aeris frigidi humidique indicium esse. Verum haec obseruatio, tum effectibus, quos Solare lumen in aere nostro producit, tum ipsi experientia re pugnat. Nitor hic fide Astronomi itidem diligentissimi, dum uiuere, B. J. L. ROSTII, qui in *Manuali astronomico* p. 386. testatur a se contrarium saepius fuisse animaduersum, et aërem fuisse frigidorem et humidorem, cum magnus numerus macularum solem tegerer. Tetsis autem hic est fide dignus, quia nullum diem serenum praetermisit, quo uel semel inspiceret solem, et maculas ibi existentes contemplaretur *uid. l.c. p. 375.*

*Probl. 1.
cum solut.* §. XVI. *Num calor producuae materiae pluviostae au-*
geatur uel mintatur inuestigare, docet uulgatissimum instru-
mentum thermometron, ubi constructa scala notantur gradus,
ascensus, ubi augetur, et descensus, ubi minuitur calor.
Quamuis autem instrumentum hoc manquam ita construi pos-
sit, ut collatis inter se obseruationib[us] thermometricis, conve-
nientia quaedam, ob maximam Spirituum et aeris in vitro re-
lieti varietatem, obtineri queat, tamen ex cognita differentia
fa-

Schol.

facile reductio qualiscunque obseruationum fieri potest, inferendo, ut agilitas spiritus, thermometro meo contenti, ad eius differentiam ascensus uel descensus, ita, alterius, ad differentiam eiusdem ex obseruationibus petendam, uel, ut differentia motus unius, ad differentiam alterius, ita agilitas spiritus unius thermometri, ad mobilitatem alterius desideratam. Hac ratione suspicari quis potest, cuius generis spiritu, usus *Coroll.* sit qui obseruationes thermometricas confignauit.

§. XVII. Calor et elater, duae sunt aeris affectiones, quae ad generandam atque producendam pluviā semper concurrunt, de posteriori uale regula : *Quantitas vaporum in aere degenerat, est in ratione elateris eiusdem immuniti.* Cum enim aer, *cum de-*
monia. quo magis est compressus, indeque plus massae sub eadem mole
continet, eo magis premat, (*per princip. Aerom.*) elaterem autem eius deficiente, immutetur status compressionis, (*per ead.*) aere per calorem apud nos expanso, ubi aqualem in locis uinculis resistentiam non reperit, spatiū illud occupat, particulis aëri ibidem commixtis, ad nos protrusis. (*Coroll. 2. §. 10. ax. 3.*
§. 11.) Ergo, quia pars elateris aëris, a nobis aliorum migrauit, adeoque leuior factus est, particulis minus elasticis, in locum eius succedentibus, vesiculae aqueae, per maius antea spatium dispersae, aeri uidelicet suo proportionales, (*§. 1.*) iam grauiores fient, hoc leuiore facto, adeoque in minus spatium descendenter, (*per princip. Geom.*) successivis contactibus in unam massam coeuntes, antea dispersae, in guttas concrecent atque incident. (*§. 2.*) Erit ergo quantitas materiae pluviae in poris aeris delitescentis, ut elater eiusdem imminutus. *q. e. d.* Cum *Coroll.* ergo effectus causis suis sint proportionales, erit lapsus mercurii in barometro etiam index quantitatis materiae pluviae in poris aëris latentis. Quamvis autem non negem, caufas levitatis aëris *Schol.* omnes, nobis nondum esse cognitas, axiomatis tamen ex experientia quotidiana desumti uices subit propositio, qua docemur, *levitatem aëris, semper esse cum ipsa nubium resolutione coniunctam et vice versa,* abstrahendo nempe a vento guttas quodammodo sustinente.

Probl. 2.
c. fol.

§. XVIII. Data ergo quantitate imminuti elateris aërei
(Coroll. §. 17.) innenire quantitatem materiae pluviae in aëre
degentis, difficillimum forsitan alicui videri posset, dabo tamen
sequentem Problematis huius solutionem: Inferatur, 1) ut
altitudo mercurii maxima, ad pondus columnae aëreæ, eidem
respondens, ita altitudo mercurii data, ad pondus eidem respon-
dens, quod 2) subtraætum a priori, dat pondus materiae hete-
rogeneæ, nobis pluviosæ, (Schol. §. 17.) contentæ in columella
aërea, cuius basis, eiusdem cum canali barometrico diametri,
(per leges hydrost.) altitudo autem, aequalis lineas ductæ a
basis barometri, ad eum atmosphaerae terminum, qui ab aequilibrio
elateris aëris sustinetur, et pondere materiae prementis,
vesiculae extremae statuitur. (§. 1.) Quodsi ergo iam assuma-
tur in spatio atmosphaericō quadrato, cuius latus = 1. uel $\frac{1}{2}$
mill. germ. aequalē in columnis similibus aëris contineri ma-
teriam pluviae, (quod sane absque erroris periculo assumi pot-
est), ductis 3) his columnulis in pedem parisiū, qui si lu-
men canalis barometrici, diametri sua, uni lineæ sit aequale, tot
continebit columnulas aereo-aqueas, quot lineis constat, quibus
4) iterum multiplicatis per numerum pedum, i. uel $\frac{1}{2}$ mill. germ.
constituentium, habebitur numerus columnularum latere quadrati
atmosphaericī contentarum, qui 5) in se ipsum ductus, dat
integrū spatiū quadratum atmosphaericū, aequale aggredi-
garo columnularum aëreo aquearum eodem contento (per princ.
Geom.). Quodsi ergo 6) pondus unius columnulae n. 2. inuen-
tum duxeris in numerum columnularum, integro quadrato at-
mosphaericō contentarum, inferendo, ut 1: pondus n. 2. inuen-
tum = numerus columnularum aëreo aquearum dato spatio qua-
drato atmosphaericō contentarum: pondus uniuersæ massæ eo-
dem volumine contentæ desideratum q.e.i. Nam mercurii in
barometro existentis columnæ aequilibrare debet columnæ aëreæ
superincubenti, (per leg. hydrostat.) ergo tanto illa brevior
erit, quanto haec euadit leuior et rarior, massæ enim sunt ut mo-
les. (ax. 1. §. 9. (b)) Leuior autem euadit, quia vesiculae aqueæ,
diamet-

46) WOLFFII Aerom. prop. 9. p. 72.

diametris carum, ab aere rarefacto intus incluso, auctis, (i) leuiores redditae, in locum ponderosiorum succedunt, (ax. 3. §. 1. Theor. 2. §. 17.) unde altitudo mercurii maxima, aequabitur ponderi et elateri aeris eodem tempore superincubentis, et altitudo data aequabitur ponderi particularum aerearum, aquicis permistorum. (*ibid.*) Ergo pondus hoc subtractum ab illo (n. 2.) dabit particulas aquas, columnulae aereac, eiusdem cum canali barometrico baseos, permisae. Ergo unicae huius columnulae pondus, hoc modo iuuentum, multiplicatum cum mensuris quibuscumque spatiorum quoruncunque, quoisque idem aeris status extenditur, dabit pondus desideratum totius massae datis spatiis comprehensae (*per leg. geom.*) q. e. d.
 Ita constat ex observationibus meteorologicis (f) mercurium in ba-Schol. 1.
 rometro ultra 28. dig. 4. lin. sive lin. 330. pedis Paris. nunquam ascendere, erit ergo haec altitudo maxima. Iam notum est ex mechanicis, gravitatem specificam aeris esse ad gravitatem specificam mercurii = 1. : 13600, (l) ergo 13600 uicibus aer leuior existit mercurio, adeoque si mercurius 330 lincis in maxima elevatione ascendat, altitudo aeris esse deberet 3166 ped. Paris. (*per princ. aerom.*) Cognito deinde pondere mercurii in canali barometrico contenti, si u. g. sit (variat nempe pro ratione diametri canalis) = gr. 784 erit columnula aeris, eidem respondens eiusdem ponderis. (*per leg. hydrostic. et ax. 2. §. 9.*) Cognitum ergo est pondus columnulae aereac in maxima ejus elevatione eidem aequilibrantis. Quodsi ergo iam detur altitudo mercurii quaecunque, ex diario meteorologico u. gr. pro 8. Aug. perenda, cuius u. lg. pondus aequale sit 750. gr. uid. D^N. PRAESID. aerom. §. 25. differentia inter prius et hocce pondus = 34. gr. dar ipsam quantitatem materiae pluviae, in unica columnula aerea delitescentis, (*per iam demonstrata*) que si fuerit = 1. lin. continebit pes Parisiensis 144. columnulas aeras, ergo dimidium millia.

B 2

(i) Eiusd. Versuche T. II. §. 85. ubi ex proportione 1: 1000 quae uisculam et aquam intercedit, ut et 1: 800 quae est inter aquam et aerem, demonstrat, aerem necessario fieri dehinc leuorem, illis in locis huius succendentibus. (k) Memoires de l'A. R. 1704. p. 214. ut et Breslauische Natur-Geschichte passim. (l) BVRCH. de VOLDER. de gravitate aer.

milliare ($\equiv 100000$ ped.) 2880000 , ergo spatiū atmosphaericum quadratum, cuius latus $= \frac{1}{2}$ mill. continebit columnulas similes 8294400000000 , quae ductae in quantitatē materiae pluviōsae uni columnulae permixtæ $= 34$ gr. dant numerum granorum materiae pluviāe, iisdem columnulis contentae 282009600000000 , quae diuisae per numerum granorum unam libram constituentium, dant numerum librārum 48960059027 , hae iterum diuisae per 110 , dant numerum centenariorum materiae pluviōsae in dato spatio atmosphaericō dilectentis desideratae 445091446 q.e.i.

Schol. 2. Patet hinc, duo in solutio-

nē problematis huius desiderari, unum est, ut barometron, quo-

cum obseruationes instituantur, maxime sit sensibile, qualia dede-

runt HG GENIVS, BERNOVLLI, LEVPOLDVS, aliquae (m), alte-

rū, ut scala sit instrūctum, ascensum uel descensum mercurii in

Schol. 3. granis ponderis eius determinans, prius enim efficiet, ut le-

uissimae quaevis aeris mutationes notari possint, posterius, pri-

mo statim intuitu dabit aereas columnulae pondus. Interim

non negauerim, concurrere posse in superficie telluris causas

quasdam, quae calculum nostrum turbare possint, (*Schol. §. 19.*)

tamen in subsidium vocatis obseruationibus aliorum, facile elu-

cescet, an causas illae motus mercurii fuerint ordinariae an ac-

cidentariae solum.

Probl. 3.¹c. §. XIX. Data ergo quantitate aquae in aere degentis
solut. (Schol. 1. §. 18.) innuenire altitudinem inundationis, si uno mo-

mento, factis u. g. fragminibus nubium decideret? Conuertatur nempe 1) data quantitas aquae in pedes cubicos, cuius pon-

dus $= 70$ librārum (n) erit numerus pedum cubicorum aquae pro

latere $\frac{1}{2}$ mill. $= 10000$, adeoque pro integrō quadrato 100000000 pedum cubicorum aquae, qui reducti 2) ad libras, (per

70 n. 1.) dabunt pondus his respondens $= 70000000$ librārum, siue diuisae per 110 , $= 63636368$ centenariorum. Inferatur 3) 63636363 centenarii aquae dant altitudinem 1 pedis siue 12 di-

gitorum, quantum dabunt dati 445091446 ? (Schol. 1. §. 18.) R²

7. pedum quam proxime. q.e.i. Demonstrationem ex Geo-

metria

(m) uid, LEVPOLDI Theatr. Static. P. III. C. 2. 3. (n) MARIOT-

TE Traite de mouvements des Eaux Disc. III. reg. 5;

metria cognitam hic omitto. Patet ergo, tantam plerumque in *Coroll.*
aere esse aquam, ut nisi successiue delaberetur, integras urbes
et pagos euertere posset, cuius rei exempla extant in histo-
ria naturali, quaeque praeципue valere existimo iis in locis,
ubi situs eorum inter iuga montium, collectione, per plana
montium inclinata, insigni aquarum facta, facile interitum iis
minatur, quale exemplum horrendae inundationis prope Vi-
ennam Austriae, praeterito mense Augusti, notatum, nuncia-
batur in nouis publicis.

§. XX. Quae huic de quantitate aquarum determinan-
da edisserui, ad calculum generalem spectant, qui, ut eo fa-
cilius obseruationibus hyetometricis accommodari possit, in-
digebit *Hyetoscopio*, quod construere atque usi meteorologico *Probl. 4. c.*
aptare sequenti licebit ratione: Construatur 1) quadratum ABCD *solut.*

assumta mensura quacunque arbitraria pro latere, (nobis erant
2. ped. Paris. uid. *Tab. Dissertationi posteriori annexam*
Fig. 6.) ex laminis ferreis uel orichalceis, marginibus,
eadem, perpendiculariter, ad altitudinem 4. aut 5. dig. cir-
citer erectis, probe munิตum. In angulo quodam C quadrati,
2) fiat foramen rotundum diametri 8. lin. in eodemque fir-
merur canaliculus eiusdem diametri, i f. 3. digitos longus,
quo facta 3) assumatur uas quodecumque. u. g. uesica cuprea,
SH obturaculo in superna parte, ne pluua facile euaporare
possit, probe munita, relieto in eadem tanto foramine, ut ca-
nalculus, plano quadrati firmatus, commode eximi et iterum
aptari possit. His ita paratis 4) afferuetur hocce quadratum,
vasi suo ope canaliculi iunctum, in loco aliquo libero et plu-
uiæ exposito, u. g. in testo, aut area domus subdiali situ ad
horizontem duorum circiter. dig. altitudine inclinato, quo
eo citius pluua super planum quadrati decidens, per tubum
anguli, vasi subiecto insertum, in vas derivari possit. Con-
structa 5) hunc in finem mensura hyetoscopica (*Fig. 8.*) abcd.
e laminis orichalceis intus plumbo obductis, in cubi formam
coacta arbitrarii lateris, (quod nobis erat 2. dig. Parisi) du-
bium e fundo mensuræ ad imam extremitatem perpendicular-
lum, dividatur exacte in lineas, quo et minutissima pluiae
quantit-

B 3 i 180 M 180 107

quantitas determinari possit. His ita paratis, quotiescumque pluvia per planum quadrati inclinatum in vase subiecto collecta defuit, illlico mensuretur quantitas cuborum, aut si cubus non impletatur, linearum, aquae in vase co[n]tentae (Quod commodissime fieri posse censeo, si vas subiectum in insima sui parte epistomio *rs.* fuerit instructum) summa horum ingeratur diario meteorologicō, collecta ita per singulos menses unius anni pluvia, dat quantitatē eiusdem, super spatiū hyetoscopio aequale incidentis. (ax. 5. §. 13.) q. e. i. Instrumentum hoc Academicis Gallis debetur, qui quantitatē pluviae quotannis incidentem determinare atque annalibus (o) suis inserere solent. Eodem mihi uidetur usus esse obseruator ille a MARIOTTE (p) rogatus, cuius obseruationibus in determinanda quantitate aquae fluialis usus est. Adseruat idem instrumentum, ad imitationem illius, quod in obseruatorio Parisiensi usibus his est destinatum, in area domus suae Dn. PRAESES ex Gallis nuper redux, cuius obseruationibus hyetoscopicis, et meum diarium meteorologicum, reddere soleo instructius.

Schol. 1.

Schol. 2:

Probl. 5.c.
solut.

§. XXI Quodsi ex data quantitate cuborum aquae (Probl. 4. §. 20.) dato tempore collecta, altitudinem eius supra terrae superficiem, si a poris eiusdem non fuisset absorpta, inuenire velis, resoluatur 1) quantitas integra cuborum aquae in numerum digitorum cubicorum, cubo maiori contentorum. 2) numerus digitorum cubicorum latere uno Hyetoscopii contentorum ducatur in se ipsum, productum erit quantitas digitorum cubicorum aquae, quae altitudine sua unum digitum, seu 12. lineas continent. 3) inferatur deinde, ut quantitas digitorum cubicorum aquae $n.$ 2. inuenta, ad altitudinem 12. linearum, ita quantitas eorundem data $n.$ 1. ad altitudinem desideratam. Sit u. g. data quantitas cuborum aquae, mense Iulio praesentis anni hic Wittebergae delapsae, cui in diario nostro meteorologicō respondent 122 cubi, qui numerus multiplicatus per 8, (numerum digitorum cubicorum, cubo hy-

toeo-

(o) vid. Memoires de l'Acad. Royal. des sciences. 1700. p. 7. (p)
Traite de Mouvements des Eaux disc. 2.

roscopico, cuius latus = 2. dig. (*num. 5. Probl. 4. §. 20.*) contentorum) dat numerum digitorum cubicorum = 976. Numerus digitorum cubicorum uno latere hyetoscopii nostri = 2. ped. Paris. (*num. 1. Probl. 4.*) contentorum 24, in se ipsum ductus, dat numerum digitorum cubicorum aquae hyetoscopio contentorum = 576. Inferatur iam, 576. dant altitudinem 12. linearum, quantam dabit 976, et inuenietur altitudo $20\frac{1}{4}$ lin. Paris. aquae, super □ Hyetoscopii nostri, mente Iulia praeterito, hic Wittebergae delapsae. Hac ratione inveni altitudinem aquae pluvialis mensis sequentis Augusti, ex numero cub. 125. esse = $20\frac{1}{4}\frac{1}{2}$ lin. mensis Septembris, ex cub. 53. = $8.\frac{1}{4}\frac{3}{4}$ lin. mensis Octobris, ex numero cuborum 80 = $13\frac{1}{2}$ lin. Eadem ratione quantitas integra pluviae uno anno decidens determinari potest, quemadmodum id factum esse video a Cl. ALGOVERO Vlmentis, (*q*) qui altitudinem aquae determinat pro a. 1715. = 23. dig. 7. lin. a. 1716. = 25. dig. 2. lin. a. 1717. 22. dig. 8. lin. a. 1718. 34. dig. a. 1719. 26. dig. 2. lin. a. 1720. 29. dig. 6. lin. quamvis alio usus sit Hyetoscopio lateris 1. ped. et mensura hyetoscopica lat. 3. dig. (*r*) Idem solent quotannis facere Observatores Parisienses, qui tum in commentariis Academie scientiarum, tum quotannis in LIE-TAVD Connoissance des temps sub finem, nunciare solent curiosis, quanta aquae pluviae copia delapsa sit? u. g. a. 1725. aquae eiusdem altitudine fuit 210. lin. et generatim annum inter humidum et siccum medium repererunt eum, quo decidit aqua pluvia ad altitudinem 19. dig. sive 228. lin. Ergo pluvia, per integratos menses et annos decidens, eiusdem etiam foret altitudinis, si poris terrae sitem non insinuasset, adeoque dato spatio quounque, quod eadem pluvia peragravit innotebet etiam mensuram Hyetoscopicarum quantitas. Si u. g. scire vellem, quot cubi hyetoscopicici delapsi sint, super spatium quadratum, (dato mense u. g. Julio,) cuius latus = $\frac{1}{2}$. mil. sive 120000. pedum, inferatur ut 2. ped. (= lat. Hyetoscopii nostri) : 12. cuborum hyetoscopicorum latitudinem (= 24. dig. cubic.) (*n. 5. §. 20.*) = 10000. : 120000. cubos, qui numerus in se ipsum ductus dat

(*q*) Specim. Hyetometr. euriol. (*r*) ibid. p. 5.

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

dat numerum cuborum spatio unius milliaris \square ti contentorum, 14400000000. Inferatur ulterius, altitudo aquae 24. linear. (= altitudini unius cubi hyetoscopicī) (*ibid.*) dat in spatio \square to $\frac{1}{2}$ mill. cubos Hyetoscopicos 1440000000. quot dabit dara altitudo aquae, mense Iulio delapsae 20. lin? productum erit 12000000000 cuborum hyetoscopicorum, sive diuisum per 144. (= numero cuborum hyetoscopicorum uno pede cubico contento) 83333333. ped. cubic. Hoe calculo in spatiis etiam maioriibus utrⁱ possumus. Posita nempe eadem pluiae quantitate, quam facile experiri possunt duo obseruatorēs in diuersis locis quantitatē pluiae dimicentes, nihil calculum nostrum effugere potest. Eodem etiam MARIOTTVM usum esse reperio, (s) qui luculenter demonstrauit, *Sequanam* fluuium ne ostauam quidem pluiae quantitatē largiri, quanta quidem decidit, indeque argumentum, quamvis extra omnem dubitationem nondum positum, defumere est conatus, pro adtruenda fontium origine aliunde non, quam ab aqua pluviali deducenda.

§. XXII. Ex integro calculo praemissō patet, Hyetoscopium hocce, ob simplicitatem structurae, atque calculi, quem in finē maxime construitur, facilitatem, sese maximopere commendare, indeque eo minus dubito, id reliquis omnibus, quae apud LEVPOLDVM (t) LEVTMANNVM, (u) et in ANNALIBVS WRATISLAVIENSIBVS (v) passim occurruunt, praeferre, quo uniuersalior est regula, quidquid in determinandis naturae phoenomenis ad geometricam magis *anæsthesiā* accedit, tanto magis esse arripiendum, quanto iudice NEWTONO Geometrī Principe (x) est euidentius, naturae cognitionem Geometricam tantum certitudinem menti conciliare. Illorum et alia *Hyetoscopia* quaecunque ad examen reuocare facile poterit,

Probl. b. c. solut. qui requisita boni Hyetoscopii (*Coroll. et schol. §. 8.*) cum finibus et effectibus, quos intendebat Hyetoscopiorum Autores comparauerit. Quaero enim quantitatē aquae, (*Def. 5. §. 5.*

Probl. 4.

(s) *Traité de mouvements des Eaux*, disc. 2. (t) *Theat. Static.* P. III. c. 8. p. 296. (u) *Tr. de Instrum. ad meteorogn. pert.* p. 127. (v) *Mähr. für und Kunſt Geschichtē* 1717. Mens. Octobr. Clasf. I. Art. I. p. 160. (x) *Praefat. Princip. Machem. Philosoph. Natural.*

Probl. 4. §. 20. Probl. 5. §. 21.) ergo inuestigatio qualitatis pro- hoc fine non ualerit, imo neque obtinetur, supponit enim qualitatem hanc aquae constantem, atque semper unam eandemque, quod tamen fallit. Cum igitur omnes citatae Hyetoscopiorum inuentiones pondus tantum dereminent, hoc autem proportione salium aquae pluiali mixtorum, varium sit, fatentibus ipsis collectoribus actionum Wratislauensium (y) adhaec nullam spatii et mensurae alicuius geometricae, rationem habent, multis machinarum impedimentis hanc obseruandarum pluviarum methodum inuolendo, merito haec Hyetoscopia reiciuntur, cum praeterea ita sint comparata, ut si aliqua data pro determinanda altitudine aquae eruere intendas, maximo id calculi taedio fieri debeat, quod abunde eluet in Wratislauensium Medicorum instrumento conico maxime irregulari, ad calculum difficulter reuocando, adeoque minus accurato. (*Schol. §. 8.*) Cum enim in matheſi mixta uix in dimensionibus quantitarum incognitarum, errores cuiuari possint, simplicitas machinarum semper est coniungenda cum accurato dometiendi studio. Ex Anglis quantitatem pluiae itidem iuxta pondus dometientem, reperio *Townleium*, merito ideo a *WOLFFIO* notarum. (z)

§. XXIII. Cum ergo pluia fiat in guttis (*Def. 2. §. 2.*) quae e nube, dum aer fit leuior, grauiore facta decidunt, eandemque figuram uel retinent decidentes, uel ab aere iterum diuulsa, minoribus sub uoluminibus decidunt, uel a frigore compactae nouam induunt faciem. Hinc gutterum obuenit differentia, (*Def. 3. §. 3.*) ad explicandam autem rationem diuerſitatis, opus erat regula, qua quantitates atmosphaericæ, cum earundem affectionibus comparatae, aliquam fortiantur proportionem, quam ita construxi: *In pluviis diuersis, magnitudines gutterum cum deſunt inter ſe, in ratione composita elateris aeris imminuti, et monſtr. magnitudinis caloris.* Cum enim leuitas aeris semper cum resolutione nubium fit coniuncta, (*Theor. 2. §. 17. Schol. ibid.*) accende autem calore aer adiuic fiat leuior, expansione enim sua efficit, ut eadem aeris moles maius occupet spatium (*per princ. aerom.*) nubes codem aeris statu refoluta, maiores largiuntur gutras. Vesiculae enim quia ab aere subiecto sustineri non

C

posse

(y) I. c. A. 1718. Mens, Iul. p. 1312. (z) Versuche T. II. §. 39.

possunt, cito concrecent, atque concretae, quia resistentiam in aëre leui, rarefacto, ponderi suo aequalem non inueniunt, recta etiam decident, prout obseruamus in *imbre*. Quodsi elater aëris ita non est imminutus, idemque a frigore adhuc constringitur, plus continebitur massae aeris sub eadem mole, tanti etiam roboris, ut incumbentem aquae ingentem quantitatem (*Schol. i. §. 18*) commode sustinere possit. Ergo necessum erit aquae incumbentis poros eius tantum perpenetrare, atque ubi resistentiam non inueniit egredi atque decidere, figura gurtæ, poris aeris conuenienti, assumta. Guttae hoc modo decidentes *ordinariam* constituent *pluviām*, aliamque exiguarum guttarum quam vulgus ein *Staubregen* appellat. Ita etiam se res habet cum *grandine* et *nive*, priorem quidem quo in aere sustineri possit, semper comitatur uentus, quaque ceu *imber* erat delapsura, a uento frigido in superiori aere subito constricta, alluentibus guttulis exiguis, maior a frigore reddita, sub congelati imbris specie iam decidit, posteriorem maiorem uel minorem faciem induere uidemus proportionis caloris in aere aucti uel imminuti. Cum ergo guttae in aere formentur ita, ut sint, ut calor aerem expandens, coniuncto cum elatere imminuto, erunt etiam magnitudines guttarum in pluviis diuersis, in ratione composita elateris aerei imminuti et magnitudinis caloris. *q. e. d.* Ergo iam facile modus resolutionis nubis concipi potest, celerior pro calore aucto, imminuto elatei uelificante maiorum guttarum prouentum exhibens, tardior, pro calore imminuto, et elatere aucto, guttas formans minoris diametri. Vesiculae enim aqueae in pluviām degenerantes (*§. 1. 2.*) ubi calore uel subito, uel successiue aucto, et elatere imminuto, decidunt, quia a columnulis subiectis sustineri non possunt, in maiorem aeris calorem delapsae, aer iisdem inclusus magis expanditur (*per princip. aerom.*) atque vesiculam, quae ui huic expandenti resistere non potest, accidente sphaerularum harum contactu, disrumpit, aqua ita ex pluribus vesiculis disruptis collecta guttam constituit, quae pro celeriori aut tardiori vesicularum disruptione, maior quoque fiet atque minor. Ita ex mediocritate guttarum in pluvia ordinaria, mediocrem etiam concludas celeri-

Coroll. I.

celeritatem disruptionis vesicularum, ex grandioribus, maiorem, ex minutissimis guttulis tardiorem et successiuam magis, quae impedit quo minus moleculas aquae in maius uolumen concrescere possint. Interim negari non potest, uenti in nubes agentis, et fulgorum vesiculas itidem concutientium etiam quan-dam esse habendam rationem.

§. XXIV. Data ergo quantitate materiae pluviae in aere delitescentis (Schol. I. §. 14. Probl. 2. §. 18.) quantitate item ^{Probl. 7.} caloris (Probl. I. §. 16.) quantitateque elateris aerei imminentis, ^{solut.} (Schol. 2. §. 18.) inuenire magnitudinem guttarum pluviae ad-huc instantis. Excerptur nempe ex diario meteorologico sta-tus aeris, die, quo largus aliquis imber decidit, u. g. 30. Aug. obseruatus, fitque elater aeris imminentis u. g. 26' 10" in baro-metro, calor auctus 62. gr. in thermometro, diameter guttae obseruata = 2. lin. numerus cuborum hyetoscopicorum rum no-tatus = 8 cub. 4. lin. quantitas materiae pluviae in aere delite-scentis data (§. 18.) = 445091446 centenariis aquae spatio quadato atmosferico, cuius latus = $\frac{1}{2}$ mill. contentis, quan-titas caloris data u. g. 52. gr. thermom. quantitas imminentis elateris itidem data (§. 18.) u. g. 27' 3" barom. Summatur 1. differentia inter maximum aeris elaterem, (Schol. I. §. 18.) et e-laterem ex diario excerptum, quae hic erit 8. Summatur item 2) differentia, inter maximum et datum elaterem, quae erit 3. Multiplicetur 3) quantitas caloris ex diario excerpta 62. gr. per differentiam 8, (n. 1.) erit productum 496. Multiplice-tur item 4) quantitas caloris data, 52. gr. per differentiam 3, (n. 2.) erit productum 156. Inferatur deinde, ut aggregatum ex differentia elateris, in quantitatem caloris 496, ad obserua-tum diametrum gutrae, eodem aeris statu delapsae, 2. lin. (fi-ue propter calculum $\frac{4}{2}$ lin.) ita aggregatum, ex differentia elateris, in quantitatem caloris datam, 156, ad desideratam dia-metrum guttae, hoc modo inuentam $\frac{8}{3}$ unius linea*e. g. c. i.* Demonstratio solutionis, haec esto: Quia effectus causis suis sunt proportionales, erit quantitas aquae excerpta rum decidens pro-portionalis quantitati caloris aucti, et imminentis elateris (per Theor. 2. §. 17. et Theor. 2. §. 15.) Ergo quantitas aquae in aere de-lite-

demonst.

litescens data proportionabitur quantitatii, ex diario meteorologico excerptae, sub ratione caloris aucti et imminuti elateris. Cum ergo elatere aeris multum imminuto, magna in aere degat aquae moles (*Probl. 2. §. 18.*) producendis maioribus guttis sufficiens, haec autem maiores uel minores fiant, pro ratione celeritatis aut tarditatis disruptionis vesicularum a calore promotae, (*Coroll. 1. 2. §. 23.*) erit factum, ex caloris quantitate in elaterem imminutum, index status aeris, diametro guttarum proportionati. Cum autem in comparandis inter se quantitatibus, opus sit aliqua quantitate constanti, et immutabili pro unitate assumenda (*per leg. geom.*) quae hic est maximus elater aeris, (*Schol. 1. §. 18.*) erit factum ex differentia, elaterem excerptum et maximum intercedente in quantitatem caloris, index status aeris, diametro guttae ex diario excerptae proportionati, et factum ex differentia inter elaterem datum et maximum intercedente, in quantitatem caloris itidem datum, erit index status aeris, diametro quæstæ, guttae adhuc decidendæ proportionati. Ergo hac ratione subtrahendo elateres, et multiplicando cum quantitatibus caloris, quaerendo item diametrum guttae, aeris praesentis statu delapsuræ, guttae priori, eiusdemque aeris statui proportionato, recte absolvetur operatio *q. e. d.* Valet id etiam de niue, si ex diario meteorologico data quedam niuis, loco guttarum nimbi, cum conditione aeris, elateris eiusdem, atque caloris excerptantur, atque methodo modo exposita procedatur, quam curiosam ut opinor problematis huius solutionem, non ingrata futuram Lectoribus spero eo magis, quo altius apud Autatores has de re silentium reperitur. Fluit ergo iam inde regula sequens generalis omnium guttarum magnitudinem exprimens : *Guttarum diametri sunt inter se, ut aggregata, ex differentiis elaterum in quantitates caloris, per demonstracionem superiorem.* Circa dimensionem diametri guttae notandum est, candem esse uel opticam vulgarem, qua praeter proper ex proportione usus tantum determinatur, uel mechanicam accurriorem, ope cuius in expansa charta bibula, ex magnitudine areae atque spati, quod occupat, per leges planimetriae atque stereometriae, ad ipsam concluditur diametrum Sphaerae, quae, si massæ

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Schol.

massa aquae in Sphaerica figura mensurari posset, eidem mensurae esset aequalis. Errores in solutione huius problematis forte obuenientes eadem ratione diuidicandi erunt, qua in causis motus mercurii accidentariis utendum esse supra iam monui. *Schol.*

3. §. 18.)

§. XXV. Nihil autem proderit consideratio gutterum, nisi intensitatem earundem (*Def. 6. §. 6.*) inde eruas, quam prius determinare non poteris, quam tibi altitudo, unde guttae decidunt sit cognita. Cum enim pro ratione densitatum suarum vesiculae subsidentes, et nubem constituentes, (*§. 1. Def. 1.*) modo altius sint eleuatae, modo humilius depresso, altitudo earundem cognitu erit necessaria. Arque hic ualere regulam ab Astronomis pettam plurimorum loquitur experientia, quod nempe *altitudines nubium a Superficie terrae sunt ut parallaxes earundem.* Positis enim duobus in plano quodam telluris obseruatoribus, ponuntur etiam duas oculi stationes, quibus fit, ut unum idemque obiectum in diuersis locis appareat, idque eo magis, quo id est proprius. (*per princip. optic.*) Quo ergo maior euadit angulus a concursu duorum axium oculorum a se remotorum oriundus, eo minus erit interuallum quo nubes a terra est remota, quo minor erit angulus, eo remotor erit eiusdem distantia. Ergo altitudines nubium erunt ut parallaxes earundem *q. e. d.*

*Theor. 4.
cum de-
monstr.*

§. XXVI. *Altitudo ergo nubium mensurari poterit, si Probl. 8. 2.
1) obseruatoris instruisti duobus instrumentis goniometricis aut
vulgaribus astrolabiis opus aggrediantur. 2) duae eliguntur sta-
tiones, una quidem ab altera ita remota, ut in una eiusdem pla-
gæ linea, (quo instrumenta uerticaliter erecta, unum constituant
planum uerticale) et ad motum nubis, normali, sitae sint. 3) No-
tatis eodem momento angulis eleuationis, quo punctum, uel ex-
trenum aliquod nubis, ambobus obseruatoribus cognitum, atque
per dioptras Instrumentorum uisum, planum instrumentorum
uerticale normaliter transit, 4) altitudo maior, capta ab eo, qui
nubi propior est, auferatur ex 180. gr. et habebitur contiguus,
hic ad altitudinem minorem additus, et a semicirculo subductus,
relinquet angulum desideratum parallelicum nubis (*per princ.
Geom.*) Quo cognito ex datis tribus angulis, et distantia statio-
num, ope calculi trigonometrici, facile perpendicularum a punto-*

C 3

con-

Schol.

concursum axium oculorum, in basin trianguli obtusanguli continuatam demissum, id est ipsa altitudo nubis inueniri potest, u. §. 46. et 48. Trigon. plan. Dn. PRAESIDIS. Methodus haec quidem satis nota est. Verum desiderauit in auctoribus qui eam praescripsierunt, cautions in eligendis stationibus obseruandas. Commendo igitur stationes tales, ut earum linea ad lineam motus nubium sit normalis, ideo, ut transitus eiusdem, per planum instrumentorum in eadem plaga ritorum verticale, commodius attendi queat, cum si in eadem plaga uersus quam mouetur nubes, stationes fuissent assimilatae, facile error aliquis, ob motum nubis rapidum, committi possit, nec unquam tam cito signum dabitur aliquid et notabitur, quo ad idem punctum collineantes, errorem sensibilem in anguli parallactici determinatione commissum, effugere queant observatores obiectum in motu constitutum intuentes. Praeterea usus chronometri pro correctione huius erroris mihi uidetur non satis securus. Ergo nubes, quae maiorem habent in eadem statione distantia, parallaxin, erunt humiliores, quae minorem, altiores, quod et ipsa experientia confirmat, non enim eiusdem semper sunt altitudinis, cum quasdam in contrariam inferioribus plagam, quin etiam supra inferiores moueri videamus, quare aliam necesse est habeant directionem,

Coroll. 1. *Coroll. 2.* quod in una eademque regione aëris impossibile est. Adeoque et celeritas nubium nisi, erit in ratione composta parallaxeos earundem, per principia enim optica obiectum remotum, eiusdem licet, aut maioris plerumque celeritatis, tardius tamen mouebitur obiecto proprio. Vnde ope quadrantis et penduli aliquius, minuta secunda vibrans, facili negotio magnitudo arcus, quem nubes dato tempore in coelo absoluunt, determinari potest.

Theor. 5. §. XXVII. Ex his itaque demonstratis iam sequens eruere licet theorem : *Velocitas guttarum decidentium, est in ratione composta altitudinis nubium ex quibus decidunt, et massarum, sub earundem guttarum voluminibus contentarum.* Cum enim nifus corporum quorumcunque uersus centrum terrae, acceleretur quouis momento, (*per princ. mechan.*) idque in ratione massarum atque altitudinis, (*per ead.*) accelerabitur quoque nifus guttarum pluviae quouis temporis momento in ratione al-

ti-

titudinis nubium atque quantitatis materiae, guttis comprehensa (q.e.d.) Cum altitudinibus ergo nubium, et parallaxis *Coroll. 1.* earundem, uariat etiam acceleratio guttarum ex iis decidentium, abstrahendo nempe a uento easdem proiiciente, de quo mox quaedam monebo. Loquitur id ipsa experientia, qui enim unquam sub tecto aliquo, ad motum guttarum pluviae attendit, animaduertit etiam, guttas quasdam intensius tectum ferire, ac reliquas. Dum enim ex alto decidunt, celeriter mouentur, quodsi diametro reliquas superent, plus massae sub se continebunt. Volumen majoris massae celeriter motum, uim aquirit maiorem, inde ergo iam constat, quare quaedam guttas impetuosius rapidiusque cadant, atque causa iam in propatulo est, quare fruges in quibusdam locis, maiorem passae sint uim, ac in aliis, quaerenda videbileet in ipsa uelocitaris differentia, indeque dependente *intensitate* (*Def. 6. §. 6.*) quae parivatione erunt, ut altitudines nubium, *Coroll. 2.* guttarumque massae.

§. XXVIII. Data ergo altitudine nubis (Probl. 8. §. 26.) et *Probl. 9. c. solut.* diametro guttae, calori atque elateri aeris proportionata (*Coroll. 2. Probl. 7. §. 24.*) innenire uelocitatem eidem debitam docent ipsae Leges descensus corporum. Cognito nempe pondere corporis alterius cuiuscunq; itemque uelocitate eiusdem, dato spatio debita, reducatur 1) pondus ad grana minima. Inferatur deinde, 2) ut grauitas specifica materiae, ex qua corpus constat, ad grauitatem specificam aquae, ita uelocitas summae granorum, volumine corporis contentorum eidemque competens spatium, ad uelocitatem atque spatiu[m] aquae eiusdem ponderis. Obseruetur 3) differentia temporis, quo una gutta datae diametri (*Probl. 7. §. 24.*) tardius ex data altitudine decidit, volumine aquae, eiusdem cum dato corpore ponderis, uescicula aliqua ne diffusat contentae. Inferatur 4) ut spatium cognitum ad altitudinem nubis, ita quadratum temporis cogniti, ad quadratum temporis desiderati. e. g. Obseruauit *Ricciolus* (a) globum argillaceum 8 unciarum, adeoque 480 granorum, vibrationum penduli 25 interuallo (quae coniunctim 4" 10" efficiebant) absoluere 250 pedes. Ut ergo $2:1 = 250:125$, uelocitatem debitam,

a) *Almag. nou. T. I. sect. c. 14.*

tam aquae eiusdem ponderis cum globo argillaceo. Ponamus iam guttam unam datam, unum granum ponderis habentem, comparatam cum gutta, eiusdem cum globo argillaceo magnitudinis obseruatam fuisse duobus minutis secundis ex data altitudine tardius decidente, erit differentia 2''. Inferatur ergo, ut spatium cognitum 125. ped. ad altitudinem nubium datam u. g. 3829. ped. ita □ temporis cognitum = 625 ad □ temporis desideratum 1945, cuius radix = 47 quam proxime ubrationes penduli, quae temporis producunt 7'' Porro inferatur, ut altitudo cognita 125. ped. ad differentiam descensus 2'' = altitudo nubis 3829. ad differentiam desideratam 61'', qua priori addita facit 68'' sive 1' 8'', quod consumit data gutta descendendo ex data altitudine nubium *q.e.i.*
et demonst. Cum enim spatio descensus in duobus corporibus diuersis sint, ut grauitates specificae, inter se comparata dabunt etiam proportionem velocitatis, qua inter se differunt, inuenta ergo ratione velocitatis, quam habet aqua in eodem cum cognito corpore spatio, facile ad spatio quaecunque deinde reduci potest, ergo etiam ad altitudinem nubium. Spatia enim sunt ut temporum quadrata quibus absoluntur (*per leg. mecan.*) Acquiritur hac ratione velocitas aliqua integrae pluviae, ad ueram quam proxime accedens, quae praecipue in obseruatione grandinis aliquem habere potest usum, ubi ex cognita intensitate magnitudo percussionis, arque inde damni illati, quodammodo aestimari potest.

§. XXIX. Aere tranquillo, guttae, pluviae incidentis placide etiam descendunt, absque ullo impetus notabilis sensu, plerumque autem uento uehementiore propulsae, velocitatem consequuntur, in aliam, a linea uis centripetae, deflectente plaga, directae, quae si minoris fuerint diametri a uento proiecti dicuntur. De hacce *pluuiua a uento projecta* notandum erit,
Theor. 6. *c. demonst.* *velocitatem eiusdem, aequalem esse velocitati uenti projectoris.* Cum enim grauitas guttarum tanti non sit, ut imperi uenti resistere possit, (*ex hyp.*) eo abripiantur, quo velocitas uenti dirigitur. Iam autem non resistentia uento, eadem enim uento habent velocitatem, plane eadem ratione, qua obserua-

seruamus flumini iniecta eadem uelocitate moueri ac ipsum flumen.
(per exper.) Ergo pluvia a uento proiecta eiusdem erit cum uento
proiiciente uelocitatis *q. e. d.* Vnde et directionem pluviae
metiri licebit, si, applicato loco aliquo sublimi climatoscopio *Coroll.*
accurato, plagae notent uersus quam uentus dirigitur (*Def. 9.*)

§. 10.) Probe autem notandum est, non quamuis pluviam, uen- *Schol.*
to leuiori quodam stipatam, haberi debere pro projecta ab eo-
dem. Cum enim guttae inter se different, (*Def. 3.* *§. 3.*) uen-
to etiam resistentiae, quarum uis centripeta maior est impe-
tu uenti, easdem sustinentis. Adeoque nec eiusdem cum uen-
to erunt uelocitatis, quae, non obstante magno uenti imperio,
ad nos tantum protruduntur, quale quid obseruamus, quando,
nube pluviosa, adhuc a uertice nostro longe remota, iam
quasdam decidere uidemus guttulas, itinere suo parabolam fe-
re describentes, quarum iter iconem expressis, et rationem, ab
aere, lapsu guttularum simul abrepto, prope terram se ire-
rum expandente, eaque ratione guttulas protrudente, petiit
MARIOTTE. (b)

§. XXX. Quodsi aliquis uelocitatem pluviae a uento pro *Probl. 10.*
iectae metiri uelit, adhibeat anemometra accurata, qualia u. g. *cum sol.*
Celeb. Dn. WOLFFIVS (c) et LEVPOLDVS (d) exhibuere, in
iisdemque notatis ponderum distantiis, quaeratur (*per prob.*
mechanica) ratio uirium, iisdemque competens uelocitas. Sit
u. g. in anemometro Wolffiano angulus elevationis $\equiv 9^\circ$, di-
stantia ponderis ab hypomochlio $= 10''$, potentiae $= 1'$, sive $12''$,
pondus $= 13$ unciarum, sitque cognita uelocitas aliqua uenti co-
dem instrumento obseruati, u. g. uno minuto secundo pedes 7 in
elevatione anguli 50° . Inferatur, ut sinus anguli 50° : Logarithm.
uelocitatis ped. $7 =$ sinus anguli 90° : uelocitatem desideratam,
quae hic erit $12 + \frac{3}{5}$ ped. quos decurrit uentus, adeoque et gut-
tulae, ab eodem projectae, (*Theor. 6.* *§. 29.*) unius minuti se-
cundi interuallo. *q. e. i.*

§. XXXI. Data itaque uelocitate nubium, (*Coroll. 2. §. 26*)
inuenire tempus, quo pluvia apud nos incipiens, locum aliquem *Probl. 11.*
in eadem plaga cum motu nubium, a nobis, cognito interuallo
D *cum solut.*
diff.

(b) I. c. Disc. 3. (c) Acrometr. prop. 109. p. 320. (d) I. c. P. III. c. 19.

dissimilis, pertingit. Obseruetur 1) tractus nubium ope plagioscopiorum, (Coroll. §. 20.) aut dioptrarum super rosam nauticam erectarum. Eligatur 2) locus aliquis, qui in eadem cum tractu nubium plaga, ante nos situs sit. Capiatur 3) ope quadrantis arcus aliquis in circulo tractus nubium arbitrarius, quo notato, atque firmato quadrante 4) numerentur ope horologii oscillatorii minuta secunda, quae praeterelabuntur, donec principium nubis, in pluiam mox resoluenda, a puncto dioptriae unius, ad alteram, versus Zenith directam peruenit. 5.) Opera praeterea datur, ut innoteat altitudine nubium. Itaque cum in triangulo acb Fig. 7. noti sint anguli et perpendicularium ac innoteat alterum perpendicularium ab (per leg. trig.) deinde addatur perpendicularium ac ad semidiametrum terrae cd , et in triangulo adb iterum duo perpendicularia nota sunt, ex quibus inuenitur angulus d . Inferatur igitur usq; angulus inuentus ad centrum terrae, ad datam uelocitatem nubium, ita angulus quisunque alias, ad centrum terrae assumitus (cui semper potest proportionari distantia locorum in superficie terrestri) ad uelocitatem, qua in aliud locum, perpendiculariter nubes pluuiosa transfertur. Animus erat hoc problema illustrare exemplis quibusdam, sed accuratis obseruationibus uelocitatis nubium haec tenus destitutus, ab illo abstinere cogor. Inuenio quidem in diario nostro obseruationum annotatam pluiam d. 7. Iul. huius anni, quae cepit h. 2. p.m. praeterea consului obseruationes meteorologicas argentoratenfes eiusdem mensis, celeb. Dn. HERTTENSTEINIO ad Du. Praesidem missas, in quibus eodem die noratur initium pluviae semel h. 1. pomeridiana, et iterum post meridiem. Verum instituto calculo assumtaque uelocitate nubium tali, ut intra tria min. temporis per 500 progressantur, posita item altitudine earum media 5000 ped. produco discriminem temporis 2''. et 40', quod aperte significat pluiam illam, quae die 7. Iulii p. m. delapsa est, non ab uno loco ad aliud versus orientem remotiorem, secundum gradus suae uelocitatis processisse, sed eodem fere tempore, hic et Argentorati cepisse, quia expansis late nubibus praecepitatio pluviae iisdem fere temporibus evenit. Ex quo consequitur, in soliendo hoc problemate, assunda esse loca inter se non adeo remota, et supponendum esse casum, quo contraetiores nubes terra uelocitate ab uno loco ad alterum prouehuntur.

§. XXXIII.

§. XXXII. Restant affectiones quaedam pluuiarum, ex ipsa intensitatis atque durationis consideratione, deducendae. Atque hic primum notari meretur propositio : *Quantitates duarum pluuiarum aequabilium, quarum intensitates sunt aequales, sunt in ratione durationum directa.* Quanto enim diutius durat pluia, tanto maior eiusdem guttarum magnitudinis et densitas copia, h. e. plus aquae pluiae demittitur. Ergo quia sub longiori duratione plures guttae decidentes sibi succedunt, et colliguntur, erunt duas pluiae, eiusdem intensitatis, ut tempora per quae durant q.e.d.

§. XXXIII. *Quantitates porro duarum pluuiarum aequabiliūm, numero cuborum hyetoscopicorum determinatae,* (Probl. 4 c. demonstr. Theor. 8. §. 20. Probl. 5. §. 21.) *aequalibus durationum temporibus constantium, sunt in ratione directa intensitatum.* Intensitate enim celerius ad planum Hyetoscopii, e data altitudine nubium, decidunt, (Coroll. §. 28.) Ergo duas pluiae eiusdem durationis, erunt ut intensitates, quae efficiunt, ut, pro longiori aut breviori guttarum in aere mora, plures aut pauciores colligantur mensurae hyetoscopicae q.e.d.

§. XXXIV. *Intensitatem pluiae metiri possumus ex magnitudine percussione, quam parunt guttae decidentes haec autem quanam ratione dimetienda sit, iam pluribus exponerem, nisi intra limites breuitatis derinerer.* Plura inueniri possunt instrumenta, quorum plane nulla apud nostri aevi mechanicos fit mentio. Rotam dentatam in gradus suos diuisam, et elatere instructam, hic adhiberi posse putarem, si axi eiusdem, bacillus ferreus, uectis uicem sufficiens, 3. ped. longus, in altera extremitate plano aliquo quadrato instructus, ita firmetur, ut pro ratione magnitudinis percussione, plures aut pauciores dentes, ab elatere iisdem incumbente dimoueri possint. Sed de his et similibus alia forsitan occasione sum acturus.

§. XXXV. *Intensitas autem pluiae, cum sit magnitudo eiusdem, ex uelocitate in densitatem* (def. 6. §. 6.) *cognita uelocitate* (Probl. 9. §. 28.) *ad intensitatem adhuc cognoscendam requiritur, ut densitas eius mensuretur*, quod fieri potest, aper-
to ostio in recto u. g. retracta tegula, cuius apertura uel lumen notum est, notatisque guttis, intra datam aperturam decidenti-
bus,

bus, ex quibus, notata earundem ab inuicem distantia arque numero innotescat ipsius densitas, quanta in eiusmodi intricato negotio obtineri posse uidetur.

§. XXXVI. Cum ergo pluiae uariant ratione durationis et intensitatis (*Theor. 7. §. 32. Theor. 8. §. 33.*) iam construi inde potest regula sequens: *Summae mensurarum Hyetoscopicarum, duarum pluuiarum cuiuscunque generis, sunt in ratione composita, ex rationibus temporum, quibus colliguntur, et intensitatibus directis.*

Theor. 9. c. demonstrarum, duarum pluuiarum cuiuscunque generis, sunt in ratione composita, ex rationibus temporum, quibus colliguntur, et intensitatibus directis. Cum enim quantitas mensurarum hyetoscopicarum pluiae eiusdem intensitatis, sint, ut durationes (*Theor. 7. §. 32.*) quantitates item pluiae eiusdem durationis ut intensitates, (*Theor. 8. §. 33.*) erunt quantitates mensurarum hyetoscopicarum in pluviis quibuscunque, ut quantitates durationum et intensitatum simul sumtae. *q. e. d.* Patet ergo hinc durationes pluuiarum aequabilium, cuiuscunque generis esse in ratione composita, summae mensurarum hyetoscopicarum, et reciproca intensitatum. Cum enim numeri mensurarum hyetoscopicarum eadem intensitate collecti, sint ut durationes, (*Th. 7. §. 32.*) numeri autem eadem duratione collecti, ut intensitates, (*Th. 8. §. 33.*) erunt durationes duarum pluuiarum, ut numeri cuborum hyetoscopicorum, et reciproce ut intensitates. Eadem ratione etiam intensitates duarum pluuiarum aequabilium cuiuscunque generis, erunt in ratione composita, ex directa quantitatum mensurarum hyetoscopicarum, et reciproca temporum, quibus colliguntur.

Probl. 14. c. solut. §. XXXVII. Coronidis loco licet datum numerum cuborum hyetoscopicorum *a. g. mens. Aug.* (*Corol. 1. §. 21.*) iterum conuertere in nubes, ut que spatiū eidem debitum. Inferatur nempe $1:1000$ (*e.*) (grauitas specifica aquae ad uesciculam) $= 125:125000$ cuborum hyetoscopicorum, siue multiplicatae per $8,100000$ dig. cub. aeris magnitudinem, qui diuisi per 1728 (= capacitatem 1. ped. cub. in dig. cub.) $= 79$ pedes cubicos $+ 488$ dig. cub. qui requiruntur ad capiendam molem aquae darac, si in vapores conuerteretur. *q. e. i.* Prolixior est haec doctrina, quam ut brevibus absoluī possit. Quamvis enim una eademque circa niuem, grandinem, nimbos, pluiam ordinariam, atque minores guttas, sit obseruandi ratio, tamen quaevis harum species, propriam sibi uindicat circumspetionem, quod evidenter iam Dissertatione posteriori demonstrobo. Sufficiat ergo, me tantum protulisse in medium, quantum, ad excitandas in animis Lectorum, plures huius generis propositiones, opus esse uidebatur.

(*¶*) WOLFF. Versuche T. II. §. 85.

Oa 1258.8

Vd 18



TA-FL

Kopf

n. o.

B.I.G.



Q. D. B. V.
DISSESSATIO METEOROLOGICA
PRIOR
EXHIBENS
HYETOSCOPIVM
SELECTIS
OBSERVATIONIBVS
INSTRVCTVM
QVOD
PRAESIDE
IO. FRIDERICO WEIDLERO
I. V. D. ET MATHES. P. P. O.
IN AVDITORIO MAIORI
AD D. XV. NOV. M DCC XXVII.
PLACIDAE ERVDITORVM CENSVRAE
SVBMITTIT AVCTOR
M. IOH. DANIEL PERLICIVS
CAESAREOFORENS. HVNG.
MED. C.
VITEMBERGAE
TYPIS GERDESIANIS.

